

Humilia te, et coram Deo invenies gratiam.

Léctio libri Sirácide 3, 19-21. 30-31 (gr. 17-18. 28-29)

¹⁹ **F**ili, in mansuetúidine ópera tua pérfice
et super hóminem datórem diligéris.

²⁰ Quanto magnus es, humília te in ómnibus
et coram Deo invénies grátiam.

Multi sunt excélsi et gloriósi,
sed mansuétis revélat mystéria sua.

²¹ Quóniam magna poténtia Dei solús,
et ab humílibus honorátur.

[22-29]

³⁰ Plagis superbórum non erit sánitas,
frutex enim peccáti radicábitur in illis
et non intellegétur.

³¹ Cor sapiéntis intéllet verba sapiéntium,
et auris áudiens concupíscet sapiéntiam.

Verbum Dómini.